

§ II. — *Diplomata spuria.*

Tria sub nomine Childerici II edita diplomata manifestæ falsitatis indicia exhibent.

1. Primum horum, n. IV, fingitur ad Amandum præulem et abbatem. Hoc diplomate Childericus Nantuacensi monasterio dona confert, et confirmat privilegium a Gregorio papa eidem monasterio concessum, quod ad se rex a Gregorio directum ait. Id verò falsum prodit; nec ullus papa nomine Gregorius exstitit regnante Childerico II. Deinde, datum dicitur diploma *Parisiis, anno v (regni) Childerici*, id est, anno Christi 664; hoc autem anno, Parisiorum civitas in Childerici ditionem nondum cesserat. Denique, privilegium emissum a rege dicitur, concedente Theodorico fratre ejus, quasi tunc regnaret Theodericus, qui nonnisi post annos plures rex renuntiatus est. Bulla Gregorii, quam Childericus confirmat, ipsa supposititia est. Amandus *præsul et abbas*, conditor Nantuacensis monasterii appellatur; is est Trajectensis episcopus, qui inter sanctos fuit relatus, et quem ibi sepultum pro conditore venerant Nantuacenses. Sed vetus fabella est potius quam traditio, ut Mabillonii, *Annal. t. I, pag. 373*, verbis utamur, quam tamen antiquis loci monumentis et martyrologiis consignatam, cum nova Gall. *Christ. t. IV, col. 215*, fatemur. Cointius, *Annal. t. III, pag. 791*, et Mabillonius, *Annal. t. I, pag. 461*, volunt falsarium confudias

A se Elnonense monasterium in diocesi Tornacensi, ab Elnone Belgii fluvio sic dictum, cum Nantuacensi monasterio in diocesi Lugdunensi, Helnoni monti proximo. Sic quoque conjiciunt auctores Novæ Galliæ Christianæ, ubi supra.

2 et 3. Duobus diplomatibus, n. VI et VIII, Childericus II ecclesiæ Cenomanensi concedit quidquid fisco competebat in curte, seu villa Arduno, in pago Pictaviensi. Ambo supposititia judicavimus, quæ non alia, nisi Actorum episcoporum Cenomanensium, auctoritate nituntur, quorum fides maxime suspecta est. Sic autem falsum arguimus. Prius diploma datum dicitur anno 7 regni Childerici, scilicet hujus nominis II; nam directum est ad Didoneum Pictaviensem episcopum, qui, regnante Childerico II, Ecclesiæ Pictaviensi præfuit. Porro, falsi indicium est hæc ad Pictaviensem episcopum inscriptio. Hoc enim instrumento ecclesiæ Cenomanensi rex fiscales redditus in Arduni curte concedit; quod ad Cenomanensem quidem episcopum, nulla ratione ad Pictaviensem, spectabat. Alterum diploma anno regni II signatur, et ibi defunctus dicitur Berarius, Cenomanensis episcopus, qui non nisi post septimum a morte Childerici annua obiit. De anno quo Berarius decessit vides institutam a Cointio, in *Annal. t. IV, pag. 33* et seq., disputationem. Adde in utroque formulas insolitas.

CHILDERICI II

FRANCORUM REGIS

PRÆCEPTIONES ECCLESIASTICÆ.

(ANNO 660 ad 673.)

I.

Diploma quo Childericus et Chinechildis regina villam Barisiacum in pago Laudunensi concedunt Amando episcopo ^a (ann. 651).

Childericus, rex Francorum, et Chinechildis regina, viro illustri Bertuino comiti et Bertelando vicario. Merito largitatis nostre munere sublevantur qui pro parentibus nostris, vel etiam pro nostre adolescentie etate famulantur. Proinde cognoscat magnitudo seu utilitas vestra quia nos, propter nomen Domini vel amorem celestem, apostolico patri nostro Amadeo episcopo, villam nostram, nuncupatam Barisiacum, sitam in pago Laudunensi, quam

C usque nunc fiscus noster tenuit, promptissima devotione, cum universis villulis ad se adspicientibus, et cum omni integritate ad se pertinente, concedimus et concessam esse volumus. Quapropter auctoritate nostra presenti decernimus ac jubemus, quod in perpetuum volumus esse inmansurum, ut ipsam villam memoratam Barisiacum, cum omnibus ad se pertinentibus, tam in terris, domibus, vineis, silvis, pratis, pascuis et mancipiis ibidem commanentibus, sicut fiscus noster ibidem tenuit ac possedit, et ipse pontifex domnus Amandus, ad opus monachorum suorum, absque ulla contradictione vel dominio ratione [*Leg. diminoratione*] teneat ac possideat. Sic

^a Ediderunt Miræus, *Opera diplom. t. I, pag. 125*, Cointius, *Annal. eccl. Franc. t. III, pag. 512*; Mabillonius *Ann. t. I, pag. 460*; Collectores scriptorum rerum Gallic. t. IV, pag. 643. Nos recudimus ex apographo domni Queinsert, congregationis S. Mauri, qui illud deprempsit ex chartulario XIII sæculi, in archivis S. Amandi recondito. Editis simillimum apographum nisi quod Chinechildem reginam appellet quam alii Blidechildem. Corruptum in editis nomen monuerant critici. Cointius, ubi supra, pag. 511, aut Chinechildem, ex chartulario S. Amandi, quod noverat, aut Hymnechildem, ex appendice ad *Vitam sancti Amandi a Chesnio editam*, legere jubet: quod et Mabillonio, ubi sup., placet. Certe hic male convenit nomen Blidechildis, quam Childericus, adhuc puer, nondum in uxorem duxerat; aut nomen Baltildis vel Baldechildis, matris ejusdem Childerici,

ut conjiciunt Labbeus, *Miscell. t. II, pag. 431*, et Foppenus, notæ ad Miræi *Opera diplom.*, ubi supra, quæ cum Clotario III regnabat in Neustria, concessit regno Austrasiæ Childerico, Clotarii fratri. Alterius diplomatis ejusdem Childerici fragmentum, infra referendum (*N. III*), memorat Elmildem regnam, quam nemo non agnoscit eandem quæ asperiori sono effertur voce Hymnechildis aut Chinechildis, Mabill. *Ann. t. I, pag. 456*. Ea erat relicta Sigiberti, quæ, cum filius suus in Hiberniam se recepisset, mansit in Austrasia apud Childericum, et tunc nihil ausa in gratiam filii sui profugi, contenta fuit nepotis sui Childerici tutelam gerere. De his fuse Pagius, in *Baronium, t. III, pag. 37*, et Collectores scriptorum rerum Francicarum, ubi supra.

igitur in integrum hoc nostre concessionis beneficium firmum esse volumus, ut jam dictus pontifex, de ipsa villa Barisiaco, et de rebus ad eam pertinentibus, habendi, tenendi, freda exigendi, mansiones faciendi, dandi, commutandi, vel quidquid elegerint faciendi, liberam ac firmissimam per nostram auctoritatem habeat potestatem. Insuper omnes successores nostros per nomen Domini adjuramus, ut nullus eorum ipsam villam, cum omnibus ad se pertinentibus, domno Patri Amando vel suis monachis auferre presumat, vel ullam inquietudinem faciant. Quod quicumque est ille fecerit, judicium portet et sententiam damnationis incurrat. Et ut hec auctoritas circa ipsum pontificem et monachos ejus firmior habeatur, et per tempora succedentia perpetuo conservetur, et ego, dum propter imbecillam ætatem minime potui subscribere, manu propria subtersignavi, et regina subterscripsit. Signum Childerici regis. Chinechildis regina subscripsi. Datum sub die kalend. Augustas anno II, regnante domno nostro Childerico rege ^a.

II.

Diploma quo Childericus dona confert Senonensi monasterio, in Vosago ^b (ann. 661).

Childericus, rex Francorum, omnibus viris apostolicisatribus nostris, nec non inlustribus viris comitiibus, vel omnibus audientibus et futuris. Operet clementiam regalem inter petitiones ceterorum præcipue sacerdotibus Dei benigne auditum accommodare, quodque pro timore divini nominis postulatur, ponatur ad effectum, ut eo fiat ad mercedem quo servis Dei congruit ad quietem. Quod enim talibus devota mente impenditur, major exinde procul dubio merces acquiritur, sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus: justitia ejus manet in seculum seculi. ^c Gundelbertus igitur, episcopus sive abba, monasterium in honore sanctæ Mariæ et sancti Petri sociorumque ejus, in pago Calvomontisi in Vosago, super fluviolum Rabadonem visus est ædificasse, ubi plurimam ad præsens monachorum turbam noscitur adunasse. Hujus itaque viri sancti petitione suscepta, ut scilicet clementia nostra quietem ipsorum servorum Dei præceptione vigoris nostri debeat roborare, placuit huic nostræ auctoritatis decreto plenius inserere, sub quo tranquillitatis ordine, juxta religionis normam, Domino protegente, securi valeant in perpetuum residere. Non autem super hoc nobis aliquis detrahendum æstimet, quia

A non de canonica institutione convellitur, quidquid domesticis fidei pro tranquillitatis beneficio conceditur. Nec causetur quisquam quasi novum nos aliquid vel inusitatum stabilisse, cum antiquitus, juxta constitutionem pontificum, per regalem sanctionem, multorum sanctorum monasteria sub eodem libertatis videantur privilegio, quo et præsens volumus cum Dei adjutorio præmunitum consistere. Ideoque propter nomen Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi, quicquid ipse domnus Gundelbertus ex permissu nostro in Vosago laboravit super fluviolum Rabadonem, et Grandemrivum et Dolonosum, concedimus ad ipsum monasterium, Senonicum dictum, quod a novo ædificavit per fines et marchias, terminus vel confinia, id est Pertulumvillare, Almarega, usque in summas campanias, et Medium montem, et Petri a Fontanam inter duas stratas usque in Bruscam, Marcofeldis cum Rotandomonte; deinde in strata Sarmatarum usque in Marisanga, cum Dolosana fontana, cum Hurino monte, et cum ipsa fontana Hurinaga et Foreste abitatione, usque in Rabadonem, cum Pigero rivulo. Hæc omnia denominata cum terminis rerum, vel quidquid in Calvomontinsi, Sæntinsi, Salinsi... seu cum omnibus locis videtur idem monasterium in præsentis possidere vel poterit acquirere, secundum hanc nostræ delegationis paginam liberrima sibi illibataque permaneant. Hoc in augmentum adhibito, ut nullus penitus judicium, præsumptione sua vel cujuslibet hominis licentia, præfatum monasterium absque voluntate ipsorum servorum Dei in alterius hominis jus vel dominium audeat vertere, vel sibimet usurpare: et si hoc fecerit, quod primum est, iram Dei incurrat, et regalis offensam gratiæ sustineat. Illud etiam nobis pro integra visum est mercede addendum, ut tam illas quæ ex nostra largitione, quam eas quæ ex acquisitione seu delegatione posterorum ad sæpeditum monasterium devolutæ fuerint possessiones, nulla unquam judiciaria potestas, nec præsens, nec succidua, ad causas audiendum aut aliquid exigendum præsumat ingredi, sed sub immunitatis privilegio, hoc ipsum monasterium vel congregatio sua sibi extra omnes fiscos debeant possidere; et quidquid inde fiscus noster forsitan, aut ex eorum hominibus, aut ex illorum servitoribus, vel in eorum agris manentibus, vel undecunque poterat sperare, aut solebat suscipere, ex indulgentia nostra, penitus ipsi sancto loco ad stipendia Deo ibidem servientium remittimus, et in

^a Austrasiæ rex datus est Chilpericus anno 660, ante sextam diem Septembris, Longuerus, Annal. Franc. ad calcem, t. III, Collect. scriptor. rer. Franc. pag. 690; an vero ante initium mensis Augusti incompertum est. Ergo non liquet an prima dies Augusti, anno 2 regni ejus, anno Chr. 661 aut 662 assignandus sit.

^b Vulgavit Mabillonius, Annal. t. I, pag. 692, ex Senonensi archivo depromptum. Recuderunt Calmetus, Hist. Lothar. prob. pag. 258, et Collectores scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 641. Renovatum fuit ab Ottone III et Henrico III.

^c Gundelbertus, juxta Senonense chronicon, in

Spicil. Acheriano, t. III, pag. 273, XIII sæculo scriptum, Senonensis episcopus fuit anno Chr. 720, quod nec cum regno Childerici II, nec cum catalogo episcoporum Senonensium conciliari potest. Mabillonius, Ann. t. I, pag. 462, conjicit Gundelbertum fuisse regionarium episcopum, et conditum ab ipso monasterium Senonense arbitratur circa annum 661. Quod autem nomine Childerici hic intelligatur Childerici II, Clodovei junioris filius, id liquet ex renovatione diplomatis ubi Childericus vocatur ætiguus, ad discrimen Childerici III, Merovingica stirpis ultimi, ut acute notat Mabillonius, ubi supra, pag. 693.

Dei nomine concedimus : ut tam nobis præsentibus, quam per tempora succedentibus regibus et principibus, ad compendium debeant cuncta proficere, et pro æterna salute et felicitate patriæ seu regis constantia delectet ipsos monachos immensam Domini pietatem interpellare. Quod præceptum decreti nostri, Christo in omnibus suffragante, ut firmiter nunc et perenniter conservetur, conscriptione manus nostræ infra studuimus roborare, et de annulo nostro iussimus sigillari.

III.

Diploma Childerici pro monasterio Sancti Gregorii in Alsatia ^a (ann. 661).

Hildericus, rex Francorum, Bonifacio duci. Nos admoniti amore spiritali et divina virtute et regni clemencia, quod sine dubio per hoc augmentari confidimus, per consilium Emhilde regine, seu apostolicæ

A viri Rotharii, ^b Strazburgensis episcopi, seu omnium Francorum prudentium palatium nostrum inhabitantium, et ut culmen regiminis nostri floreat, et in prosperis maneat, cognoscat magnitudo vestra quia nos, pro mercedis superne augmento, aliquid de rebus fisci nostri sanctis condonare debemus. *Cætera desunt.*

IV.

Diploma quo Childericus Nantuacensi monasterio dona confert ^c (ann. 664).

Rex Childericus, filius bonæ recordationis Clodovei, Amando præsulique abbati. Gaudeo, frater charissime, sanctitatem tuam, opinionemque tuam religiose vitæ toto orbe dilatari; supra namque cum ad civitatem Parisiensem devenissemus, perlata ad nos ^B scripta beati Gregorii papæ, in quibus cœnobium a te constructum Nantuacense mirifice exornat, suis-

^a Fragmentum hoc exstat apud Mabillonium, Ann. t. I, pag. 457; Marten. Thes. anecd. t. III, col. 1435; Schœpflin, Alsat. illustr. t. I, pag. 3, instr. 1; Lunigium, Contin. spicil. eccl. t. V, pag. 1079; Collectores scriptorum rerum Francicarum, tom. IV, pag. 641 : ac demum D. Grandier, Hist. eccl. Argent. t. I, prob. pag. 49, ex chronico membranaceo Gregorianæ abbatiæ, sub fine XII sæculi scripto, cujus lectionem sequimur. Originale non exstat in hujus abbatiæ archivis; sed illud viderat monachus Gregorius qui Chronicon conscripsit. Hoc Chronicon partim a Martenio editum, integrum et accuratius vulgavit dominus Grandier. Hæc autem ibi leguntur ad annum 661, ibid. pag. 24, et apud Martenium ubi supra. Circa dominicæ Incarnationis 660 annum.... sub Hilderico filio Clodovei.... inceptus hic locus a monachis inhabitari, sicut ejusdem regis scripta testantur, quæ apud nos hactenus intacta conservantur, quæ et hic intermiscere ad comprobendam volentibus scire veritatem videbatur utile. Tum sequitur fragmentum quod exhibemus, et subjicitur locus vacuus cæteris excubendis destinatus. Hinc sub anno 661 hoc diploma collocamus, quod Cointius, Ann. t. III, pag. 596, ad annum 667, Mabillonius ad annum 660 referendum conjecerant. Rotharius, Strazburgensis episcopus, his temporibus exstitit, teste Nova Gallia Christiana, t. V, col. 780. Bonifacius, Alsatia dux, jam e vivis excesserat anno 662.

^b Primam hic apud antiquos mentionem urbis Argentinensis, sub nomine Strasburgi, notat dominus Grandier, jam sæpe laudatus, ubi supra, pag. 20.

^c Vulgavit Guicheno, Hist. Sebus. part. IV, pag. 213, ex archivo Nantuacensi de promptum. Hoc Cointius Annal. tom. III, pag. 795, et Mabillonius, Annal. tom. I, pag. 373 et 461, amandaverunt inter instrumenta putidæ falsitatis. In eo locus et annus regni Childerici, qui computari debet ab adepto regno Austrasiæ; nam ab adepto regno Neustriæ, post Chlotarii mortem, annos quinque non regnavit Childericus. Ergo annus regni ejus quintus erat annus Christi 664. Dicitur autem diploma datum Parisius, quæ civitas nondum hoc anno in ditionem Childerici cesserat, in quam non nisi mortuo Chlotario transiit.

^d De qua agitur hic epistola pro supposititia habetur ab omnibus, nec inter Gregorii Magni papæ epistolas reperitur. Hanc tamen, ut connexionem quandam habentem cum diplomate Childerici, ex Breguigny Collectione de promptum, hic exhibendam sensimus :

^e Præceptio Gregorii papæ ad Childericum II, Francorum regem, directa, qua immunitates concedit Nantuacensi monasterio (ann. 664).

Gregorius, servus servorum Dei, Childerico, Francorum regi. Quoniam innumerabilibus mundus procellis quatitur, adeo ut penitus nos qui regimen animarum suscepimus, et qui ad portum æternæ tranquillitatis alios deducere debuimus, potius majus discrimen patimur; sed quid nobis agendum considerandumve est, nisi divini misericordiam imploranda: infelix quippe animus occupationis pulsatus vulnere, magnis maris fluctibus percutitur, atque immanissimis procellis tempestatis illiditur; cumque navigamus longius, nec portum quietis prævalens videre, hæc idcirco dixerim, quia nos a vobis longe sepositi, ita undique percutimur, undique amaritudinibus replemur, atque innumerabile genus hominum, quod in nostra terra, præ multitudine nimia, quasi spicarum more, segetes surrexerunt, sanctissimas aras depopulantes, eversa castra, crematæ ecclesie, destructa monasteria virorum ac famularum, desolata prædia, atque omni cultore desituta, in solitudine vacua terra, in ea nullus possessor inhabitat, occupaverunt bestie loca quæ prius magna hominum multitudo tenebat; in hac enim terra in qua nos vivimus finem suum mundus non invenit, sed ostendit: quid autem in aliis mundi partibus agatur ignoret. Solummodo a beato Amando nostro coepiscopo d. dicimus, in omnibus rebus spiritualibus honestissimo vestro regimine regnum vestrum, præ cæteris, pace et tranquillitate, Christo tribuente, pollere; retulit quoque vestra munificentia sibi olim concessum cœnobium in finibus Francorum positum, quod Helnone sive Nantuacum nuncupatur, nunc a vobis affluentissime de vestris redditibus et prædiis et fisco ad fratrum victualia dotatum atque locupletatum, de quo vobis gratiarum dona cum benedictione misimus. Ipsum namque præfatum cœnobium dum responsis ecclesie deserviret, et ob hoc ad venerabilem prædecessorem nostrum, illum cum regrederer, postcentes memorato patre Amando atque abbate Laterano, cum multis religiosissimis viris sanctitate præditis, basilicam ipsius loci, in honorem Petri et Pauli omniumque apostolorum honorifice consecravi, ipsique loco tale privilegium concessi, ut nullus princeps nec episcopus, neque ulla judiciaria potestas ibidem præficere audeat abbatem, nisi quem concors congregatio pari consilio et voluntate secundum Deum elegerit, sicut Benedictus pater præcepit; postquam electus fuerit ab illis prius sedis Romanæ munus accipiat, ipsiusque benedictione fungatur, nisi assensu ejus concedatur alicui licentia; sed neque ipsi archiepiscopo Lugdunensi, neque ulli episcopo

que præconis exaltat, quod ideo tuæ sanctitati mittere curavimus, ut pro magno munere ibi a te conservetur, ipse quoque supradictus papa omnino petiit, ut ea quæ ipse authorisavit, nos more regio laudaremus atque confirmaremus, quod fecimus annulo nostro subtersignantes, et in omni nostro regno, comitibus sive iudicibus atque omnibus regiam rem administrantibus litteras nostras direximus, ut nullus huic prædicto nostro cœnobio ullo modo audeat inferre calumniam; nam indecens est et non æquum, ut tam religiosum locum, benedictione apostolica dedicatum scilicet, et meritis suis præcelsum, colla subdere, et non solum subdi atque obsequi, quin etiam sua largiri. Damus vobis itaque, præter illa municipia quæ dudum concessimus, alia quoque ad nostram sedem regiam pertinentia, videlicet montem quem vocant sancti Vincentii, cum rebus indomiticis in episcopatu Cabilonensi consistentibus, cum vineis, pratis, campis, sylvis, pascuis, nemoribus, aquis aquarumve deductibus. Concedimus etiam, in episcopatu Matisicensi, ecclesiam Sancti Remigii et ecclesiam Sancti Pontii, cum omnibus appenditiis eorum; in episcopatu etiam Lugdunensi, ecclesiam quæ dicitur ad Sanctas, et omnem terram sicut vallis Ilgero consistit, et sicut aqua quæ dicitur a Selgo, cum villulis in eadem valle manentibus, et mancipiis eorum. Hæc etiam addo; villam quæ dicitur Balasono, cum ecclesia et omnibus appenditiis suis, quæ sita est juxta Sangonam flumen. Omnia prænominata tibi et fratribus in dicto cœnobio commorantibus, tam præsentibus quam futuris, per nostri privilegii firmitatem tribuimus, quatenus pro salute nostra vel regni nostri prosperitate incessanter Dei omnipotentis clementiam exoretis. Hoc autem donum frater meus Theodericus, ob amorem tui, laudavit atque concessit. Actum est hoc donum sive privilegium in civitate Parisius, anno quinto Childerici regis.

V.

Diploma quo Childericus Germiniacum a Sigeberto rege monasteriis Stabulensi et Malmundariensi concessum asserit ^a (ann. 664).

In Dei nomine, Hildricus, rex Francorum, vir iustus. Illud nobis ad stabilitatem regni nostri, Deo

committimus, illi ecclesie vim excommunicationis inferre ullo modo, nisi apostolica deliberatione. Sed et si quis fidelium Romam ire disponens, sumptusque ei defuerint, ipsum memoratum locum adeat, et ibidem pro posse elemosynam fratribus impendat, eadem forma benedictionem apostolicam sine dubio tibi percipitur, sicuti si limina apostolorum pervenisset. Statuimus de cætero, ut nullo modo quis hunc locum violare audeat, nec vim inferre; quod si quis temerario ausu infregerit, anathematis ultione damnetur, ita ut deinceps inviolata illibataque hæc nostra præceptio sive interdictio conservetur.

^a Ex chartulario Stabulensi et ms. Malmundariensi depromptum, a Martenio vulgatum est in Collectione monumentorum veterum amplissima, t. II, col. 9, et inde a Collectoribus scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 650, denuo editum. Videtur hoc diploma male concordare cum charta Grimoaldi, quam supra exhibuimus (Col. 325): Germiniacum enim,

A auxiliante, provenire credimus, ad justa decreta domni Sigiberti regis, divæ memoriæ, patris nostri, confirmare et roborare deliberamus. Nam venerabilis pater noster ^b Remaclus et abba clementiæ regni nostri suggestit, eo quod memoratus domnus Sigebertus rex villam, Germiniacum nomine, in pago Remensi sitam, ad monasteria Stabulaus et Malmundarium, quæ ipse princeps et rex suo opere construxit, cum quibusdam aliis dominicationis sum rebus contradidit, cum omnibus suis appenditiis, in qua sunt molendini duo sub uno tecto, cum aria super fluvium Suppia, vinea in Betereo cum vineatore; et quod hæc omnia possidenda ad integrum ad ipsa monasteria, quæ sunt in honore patroni nostri Petri simul et Pauli, apostolorum, Johannis Baptistæ et S.

B Martini, vel ceterorum sanctorum qui ibidem venerantur, per suam regiam præceptionem illi concessit. Unde et ipsam regiam præceptionem vobis proferens relegendam, eam nostra regali auctoritate confirmari petiit. Cujus petitionem, sicut unicuique justa petenti secundum regiam majestatem decernentes implere, effectum voluntatis ejus nos in omnibus cognoscite confirmasse; præcipientes et stabilientes ut, sicut per inspectam jamdicti principis præceptionem, ipsa villa superius nominata, cum integritate et soliditate sua, cum terminis ab ea pertinentibus, vel ipsa farinaria, seu vinea cum vineatore, ad ipsa denominata loca Sanctorum, ipso jamdicto patri venerabili visus fuit idem princeps et rex concessisse quæque omnia usque in præsens monachi ipsorum locorum ad victualia sua videantur possidere, ita deinceps per hanc nostram præceptionem, tam in terris quam in casis, mansis, mancipiis, ædificiis, cum vineis, campis, pratis, silvis, cultis et incultis, aquis aquarumve decursibus, plenius in Dei nomine confirmata habeant, teneant, possideant, et idem venerabilis Remaclus pater noster, ejusque in posterum successores, omnibus temporibus ultra dominantur, quo liberius monachos, qui ibidem videntur Deo deservire, vel pauperes qui ad ipsa loca sanctorum alimoniam expetunt, melius delectet pro statu regni Francorum Dei misericordiam attentius exorare. Et ut ista regalis præceptio plenior obtineat vigorem

D hoc diplomate concessum Stabulensibus et Malmundariensibus, jam eisdem concesserat charta Grimoaldi majoris domus. Sed ad conciliandum utrumque instrumentum dici potest quod, cum Grimoaldus Germiniacum a Sigeberto rege obtinisset et monachis concessisset, monachi peculiarem a Sigeberto concessionem, ad majorem securitatem impetrarunt.

^b Remaclus hoc loco appellatur solo abbatis nomine, qui utroque episcopi et abbatis titulo insignitur in Sigeberti diplomate supra edito, col. 325, sub anno 651. Episcopalis oneris impatiens Remaclus, abdicato Tungrorum episcopatu, ad quem erectus fuerat, recessit in monasterium Stabulense, Mabil. Annal. t. I, pag. 467, circa annum 662. Conjectimus igitur, post hunc recessum, absque titulo episcopi eum aliquando appellari potuisse, unde post annum 662, nec incommode circa annum 661, emissum credi potest diploma de quo agimus.

In Dei nomine nostris et futuris temporibus, manus nostræ subscriptione inferius confirmare decrevimus^a. Signum Hilderici, regis gloriosi.

VI.

Diploma quo Childericus quidquid fisco competebat in curia Arduno tribuit sancti Gervasii ecclesiae (Cenomanensi^b) (ann. 667).

Childericus, rex Francorum, vir illuster, apostolico patri Didone, Pictavensi episcopo. Cognoscat sanctitas vestra quia nos, tributo illo quicquid de curie cognominante Arduno, sitam in pago Pictavense, in luminariibus ad basilicam Sancti Gervasii cedo, in spectro, absque impedimento, pro mercedis nostris augmentum, omnia quod ad fiscum nostrum exigitur, visi fuimus concessisse. Propterea per præsentem præceptionem pro amore sanctitatis iussimus^B emunire, ut superius conscripto tributo, quod ad fiscum nostrum de Arduno sperabatur, nullus nostri iudex exactare faciat ad fiscum nostrum: sed ad jam dictam basilicam Sancti Gervasii, ut prius concessimus, pro mercedis nostri augmento habeat concessum atque indultum. Et ut hæc auctoritas plenior obtineat vigorem, manu nostra subterfirmavimus, et adfirmare rogavimus. Signum glorioso domino Hilderici regis. kalend. Martii, anno vij regni ipsius^c. Signum domni Ghisilo abbati. Allo abbas subs. Cristoverus abbas subs. Gedeon abbas subscripsi, Ciconus subs. Auvendi ego vidi et subscripsi. Auttendi ego vidi et subscripsi. Teutindus clericus explevit, scripsit et subscripsit.

VII.

Diploma quo Childericus confirmat donum silvæ monasterii Stabulensi et Malmundariensi concessæ, reducta tamen ad mediam partem donatione^d (ann. 667).

Hildricus, rex Francorum, Emnechildis et Bilechildis^e gratia Dei reginæ, viris illustribus Gondoino duci et Odoni domestico. Ad æternam enim mercedem procul dubio credimus pertinere, si peti-

^a Monet Martenius, ampl. Coll. t. II, col. 9 not., otiosam manum ad calcem diplomatis in chartulario addidisse notas chronologicas et referendarii subscriptionem, hoc modo: *Data anno dominicæ Incarn. DCL, indictione xij. Ursio scripsit ac subscripsit*; quæ interpolata manifeste et expungenda cum Martenio censuimus: insolita enim, hac ætate, ab incarnatione annos computandi ratio; annus hujus æræ 540 male convenit cum regno Childerici II, quod non ante annum Christi 660 initium sumpsit; Ursionis autem referendarii nomen prorsus incognitum.

^b Vulgatum a Mabillonio, Analect. pag. 280, in Actis episcoporum Cenomanensium. Recudendum curaverunt Collectores scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 649; nec alibi exscriptum aut laudatum reperimus. Instrumenta ex Actis episcoporum Cenomanensium de prompta, levi fide digna sapius declaravimus: hoc autem de quo agimus ita nobis suspectum videtur, ut illud spurium annumerandum censuimus: 1° Didoni, Pictaviensi episcopo, directa est charta concessionis, quæ potius ad Cenomanensem episcopum spectat; 2° formulæ quibus rex chartam firmat et affirmare rogat, a formulis genuinorum hujus regis diplomatum sunt alienæ; 3° insolita hoc ævo exscriptoris Teutindi formulæ; 4° confirmatum

tionibus sacerdotum, vel quorumlibet devotorum justa petentium, perducimus ad effectum. Igitur dominus et pater noster Remaclus episcopus [*Deest apud Cointium vix episcopus*] clementiam regni nostri petiit pro monasteriis suis Stabulau et Malmundario, quæ bonæ recordationis patruus noster Sigebertus, quondam rex, suo construxit opere. Unde et ipsius principis regiminis tale præceptum^f nobis ostendit relegendum de eorum majori spatio, de ipsa foreste dominica in utrisque partibus de ipsis monasteriis, tam in longum quam in transversum, duodecim millia dextrorsum saltibus, quod et adhuc pro totius firmitate taliter in ipsa præceptione habetur insertum, ut per consilium pontificum ipsius temporis, id est, Huniberti, Memoriani [*Cointium et, ex vestito Codice, Martenius, Nemoriani*], Gislaoldi episcopi, cum illustribus viris Grimoaldo, Fucualdo, Adregisilo, Bobono, ducibus, Clodulfo, Angesilino, Gareperto, domesticis, taliter actum fuit, quod veracissime cognovimus, quod illi servi Dei quibus datum fuit, absque impressione populi, ibidem in ipsa loca residere deberent. Quapropter ipse episcopus abba eorum, una cum ipsis monachis nobis exinde confirmationem auctoritatis nostræ petierunt affirmare; quam petitionem nos pro Dei intuitu eis minime denegare potuimus. Ea tamen conditione sic petierunt ipsi servi Dei, ut versus curtes nostras, id est, Amblavam, Charancho, Lethernacho, de ipsis mensuris duodecim millibus dextorsum saltibus, sex millia subtrahere deberemus, pro stabilitate^C operis, quemadmodum per nostram ordinationem sic factum est. Unde iussimus pro hac re domino ei patri nostro Theodardo episcopo, vel illustri viro Hodoni domestico, cum forestariis nostris^g et æternale cum paribus suis, ipsa loca mensurare et designare per loca denominata, quorum vocabula sunt: de monasterio Malmundario usque Sicco-Campo; de Sicco-Campo per viam Mansueriscam usque ubi Warchinna transversat; de ipsa Warchinna

quidem videtur diploma quod expendimus, diplomate altero ejusdem regis, sed itidem spurio, ut infra monstrabimus (Col. 1295, not. b).

^e Regnum Childerici in Austrasia repetendum ab anno Christi 660.

^d Edidit Bollandus in Analectis de gestis S. Sigeberti, ad diem 4 Febr., pag. 235. Henschenius, in Tribus Dagob., cap. 3, varia fragmenta, quæ maximum hujus diplomatis partem complectuntur, ex archivo Ecclesie Bamburgensis eruit; Cointius, Annal. t. III, pag. 393, ex Bollandis; Martenius, ampl. Collect. t. II, col. 40, ex chartulario Stabulensi et Malmundariensi; ex Martenio Berthelotus, Hist. Luxemb. prob. pag. 19, recuderunt. Martenii lectionem sequimur, discrepantias vero alicujus momenti ex aliis exemplis de promptas, tum inter uncas tum in notis exhibemus.

^e Monet Martenius deesse in vetusto Malmundariensi Codice mentionem reginarum et Gondoin. Regina autem Emnechildis uxor fuerat Sigeberti regis; Bilechildis Childerico nuperrime nupserrat: utraque diplomati subscribitur.

^f Præceptum hoc supra edidimus, col. 321.

^g Verba et æternale cum paribus suis desunt apud Cointium et Henschenium. Videntur expungenda.

usque ubi Stagnebachus consurgit; deinde per ipsum Stagnebachum usque in Amblavam; deinde per Amblavam versus aquam, per illam forestem de Vulfberto usque Rarobacco, ubi ipse consurgit; deinde Diddiloni rivus consurgit; deinde per ipsum rivum usque in Restam, et de Resta per ipsam forestem quæ separat Helmini Rovoritum et Audaste villare; per illam mediam forestem usque Jocunda Fania: de Jocunda Fania per illam Alsenam quæ propinqua est monasterio; deinde per illam Alsenam usque ubi in Glanem ingreditur; deinde transversa Glane, usque ad Albam fontanam; de ipsa Alba fontana, in Amblavam, Summa Siggino Aviaco, ubi Carelaicus vennam habuit. Inde per ipsam Amblavam ubi Dulnosus in ipsa ingreditur: deinde per Dulnosum usque in Fantias; deinde per mediam forestem de ipsas Fantias usque viam Transverisam; inde per ipsam viam usque Sieco-Campo. Ut hoc totum et ad integrum, cum Dei gratia et nostra teneant atque possideant, cum emunitate nomenis, et in ejus temporibus, ut absque ullius impugnatione forestariorum, vel cujuslibet personæ liceat ipsam familiam Dei quieto ordine residere, et pro vita nostra vel stabilitate regni Francorum, die noctuque Domino famulari. Et ut hæc præceptio nostra in membranis conscripta, firma et inviolabilis perseveret, manu nostra subter eam decrevimus affirmare. Signum domni Childerici, regis gloriosi. Signum Emnechildis reginæ, Signum Blichildis reginæ. Signum Gunduini ducis. Data quod fecit mense Septembri, die vj, anno viij imperii ^a.

VIII.

Diploma quo Childericus confirmat donum reddituum fiscalium in villa de Arduo, Cenomanensi Ecclesie collatum ^b (ann. 671).

Cum et villa nuncupante Arduo, in pago Pictavo, ab antecessoribus regum parentum nostrorum quondam procerum præceptionis cognovimus ad basilicam peculiaris patroni nostri domni Gervasii in urbem Cenomanicam, ubi vir apostolicus pater noster dominus Aiglibertus episcopus esse dignoscitur, et nos recolimus emunitates de ipsam villam ad ipsum sanctum locum visi fuimus concessisse, propterea cognoscat magnitudo seu utilitas vestra, quia nos concessimus

^a Regni Childerici II initio sumpto ab anno 660, octavus hujus regni annus incœpit corrente anno Christi 667. Subdit Cointius nomen loci: *Trajacto feliciter*, et sic Henschelius, quod congruit; Trajecti enim plerumque manet Childericus, ut recte notat Cointius, *Annal.* tom. III, p. 595. Hinc liquet Remacium ultra annum 664 vitam produxisse, cui anno, ex conjectura, mortem Remacii assignaverat Mabillonius (*Acta Sanctorum ordinis Sancti Benedicti* tom. II, pag. 473), qui diploma de quo agitur non viderat, ut Martenius testatur.

^b Nullibi quod sciamus reperitur, nisi apud Mabillonium in actis episcoporum Cenomanensium, *Analecta*, pag. 280, et ex Mabillonio, apud *Collect. script. rerum Francicarum*, t. IV, pag. 651. Commentitii instrumenti falsitatem proliant: 1° quod Aiglibertus, qui tunc Cenomanensis episcopus dicitur, non nisi post septem annos a Childerici morte Cenomanenses infulas adipisci potuit, prout apud Cointium. *Annal.*

A et quicquid de ipsam villam partibus sacri nostri sperabatur, hoc vobis forecisam putamus juxta illam anteriorem nostram præceptionem, quam vobis apostolicus vir dominus Berarius quondam deportavit; unde et ipse pontifex Aiglibertus de prædicta præceptione recise exemplari a nobis præsentavit: sed pro firmitatis studium petiit nobis ut pro nostra præceptione hoc iteram eam refirmare deberemus: quod ei taliter præstitisse vel confirmasse cognoscito. Præcipientes igitur ita ut neque ad vos, neque ad junioribus seu successoribus vestris, de ipsa causa nihil exigere, nec requirere non præsumatis, nisi dum ad ipsam basilicam memorata villa cognovimus esse concessa, ad nuncupata basilica proficiat in augmentis, et vos de præsentis præceptione pro addendam post vos recipere, et quancumque infrenda nostra præsentatis, ipsa apud vos exhibeat. Et ut citius credatis, manus nostræ subscriptionibus subter eam decrevimus adfirmare. Ego Hildericus rex subscripsi sub die vj kalend. Septembris, anno xi regni nostri. In Christi nomine Athmon, peccator episcopus, autentico vidi exemplar et subscripsi. Aestericus in Dei nomen abbas autentico vidi exemplar et subs. Hadaldus in Christi nomen presbyter autentico vidi exemplar et subs. Domnus Haricindus, humilis abbas, vidi exemplar et subs. Augrus autentico vidi exemplar et subs. Ebertus autentico vidi exemplar et subscripsi. Ursinianus autentico vidi exemplar et subscripsi. Haldrus, in Dei nomine presbyter, autentico vidi exemplar et subs. Gisolenus autentico vidi exemplar et subs. Gomaldus abbas autentico vidi exemplar et subs. Letranus autentico vidi exemplar et subs. In Christi nomen Gigohardus peccator abbas autentico vidi exemplar et subscripsi. Siggoenus autentico vidi exemplar et signavi. Facta exemplaria sub die sexto decimo kalend. Novembris, anno xj regni domni Hilderici regis gloriosi, Cenomanensi civitate.

IX.

Diploma quo Childericus immunitatem integram concedit Dervensi monasterio ^c (ann. 675).

(Celsitudo) regalis clementiæ religiosorum virorum petitionibus semper debet annuere, maxime parentibus studium curæ ecclesiasticæ, quatinus divinum

D t. IV, pag. 53, expensis Sausseyi, in *Martyr. Gall.* 17 Octob., Bondonnetti, *Hist. episc. Cenoman.* pag. 340, et *Corvaiserii, Vita episc. Cenoman.*, pag. 360, rationibus, demonstratur; 2° Subscriptionis regis formula: *Ego Hildericus, primæ stirpis regibus, juxta Cointium, incognitis. Cæteris supersedentibus; nec mirum sane videbitur quod in sparii instrumenti subsidium, alterum in eadem officina fabricatum fuerit ejusdem farinae instrumentum.*

^c Editum a Camusato, *Antiquit. Triess.* fol. 79, v, ex chartario Dervensi, recensum a Cointio, *Ann. t. III*, pag. 636, ab auctoribus *Novæ Galliæ Christianæ*, t. X, instr. col. 147, et a *Collectoribus scriptorum rerum Francicarum*, t. IV, pag. 643. Cointius hoc diploma tribuit anno 671; Mabillonius, *Ann. t. I*, pag. 508, anno 672; infelicis *Collectores scriptorum rerum Francicarum* anno 603; Auctores *Novæ Galliæ Christianæ* anno 673, quibus omnino suffragamur: hic eadem Aig-

cultum exhibentibus benigno affectu subveniat, et A
 opem suæ devotionis [Chart. Derv., defensionis] im-
 pendat, ut eorum oratio apud Domini clementiam
 nobis succurat, et pro pace et stabilitate regni nostri
 jactiter interveniat. Quapropter ad notitiam cuncto-
 rum pervenire jubemus, quoniam adit serenitatem
 nostram venerandus ac religiosus abbas Bercharius,
 supplicans ut concederemus ei quendam locum in
 foreste Dervo, et in fine Wasclacinae, in quo sibi li-
 ceret construere monasterium, et ut daremus sumptus
 et prædia, per quæ ea quæ competere monasterio
 vel locis cellarum compleret, et monachorum con-
 gregationem ibidem aptaret. Placuit igitur reverentiæ
 nostræ summi viri supplicatio, et quæ postulaverat
 concessimus illi. Qui monasterium construens supra
 fluvium Vigore, in honore beatorum Petri et Pauli
 vel cæterorum Sanctorum, petiit altitudinem nostram
 ut, pro rei totius firmitate, integram immunitatem
 circa ipsum monasterium contradideremus. Nos igitur
 cælesti beneficio promoti, consensu episcoporum et
 optimatum nostrorum, precibus tanti viri aurem ac-
 commodante, jubemus ut de omni facultate ipsius
 monasterii, tam quod ego ipse ibidem delegavi, quam
 etiam quod a reliquis christianis hominibus noscitur
 esse condonatum, quodque ad præsens in quibus-
 libet locis, territoriis, et ex ejus hæreditate vel stu-
 dio, tam ultra Ligerim, in Herla scilicet et Sarturiaco
 [Chart. Derv. Sarturiaco] vel Domnofronte, cum appen-
 diciis suis, et a Diseio cum appendiciis suis, quam
 etiam citra Ligerim possidere videntur, seu quod ibi-
 dem adhuc inantea in Dei nomine a christianis homi-
 nibus justa et rationabiliter fuerit additum vel condo-
 natum, pro quiete ipsius regni nostri, integram em-
 unitatem pro reverentia ipsius sancti loci concedi-
 mus, et nullus iudex publicus quolibet modo judicia-
 ria accinctus potestate, in curtes ipsius monasterii,
 ubicumque ad præsens eorum maneat possessio vel
 dominatio, aut quod inantea, ut diximus, fuerit ad-
 ditum vel condonatum, nec ad causas audiendum, nec
 sdejuosores tollendum, nec freda exigendum, nec

tur de monasterio in Burgundia regno sito, ac proinde
 anni regni Childerici computandi sunt ab adepto Bur-
 gundia et Neustria regno, id est, a morte Chlotarii III,
 qui obiit anno 670, mense ut videtur Julio in Lon-
 guer. *Annal. Franc. t. III, script. rer. Franc. pag. 690.*
 Ergo Julii die quarta anni 673 annum 3 regni
 Childerici in Burgundia nondum expletum fuisse
 conjici potest. Editionem Camusati sequimur, ad-
 ditus inter neos lectionibus quas ex chartulario Der-
 venai, Bibl. reg. clarus vir de Brequigny, se excipuisse,
 asserit.

^a Voc. et *Diseio*, etc., desunt apud Camusat. et
 Coint.

^b Nomina episcoporum et majoris domus bene con-
 veniunt, si Reoli nomen excipias, qui nondum infulas
 Remenses assecutus fuerat. Cointius pro Reolo Ni-
 vardum reponit, cui successit Reolus. Cointii con-
 jecturam tætur scriptor Vitæ sancti Bercharii, Adso,
 apud Mabill., ubi supra, qui testatur diploma de quo
 agimus impetratum fuisse faventibus episcopis Leode-
 gario, Atelano et Nivardo. Nihil autem obstat quo-
 minus utriusque et Nivardi et Reoli nomina inter sub-
 scriptiones hujus diplomatis inserta fuerint; Nivar-
 dus scilicet cum adesset conscribendæ chartæ, testis

mansiones faciendum, nec rotaticum infra urbes, vel
 in mercatis extorquendum, nec ulla paratas, aut
 quaslibet redibutiones exactare præsumatur, sed in
 omni facultate ipsius monasterii, ut præfatum est,
 in omnibus locis et territoriis, ubi aliquid possidere
 videntur, absque interdicto iudicium, remotis et rese-
 catis omnibus petitionibus de partibus sacri, usque su-
 per ripam fluvii Magnentis, progrediente in direc-
 tum termino ad locum qui Vallis profunda nuncu-
 patur; sub emunitatis nomine inconcusse, tam nostris
 quam futuris temporibus, valeant dominari vel pos-
 sidere: quo fiat ut et nos de præstato [Chart. Derv.
 pro præstato] beneficio ad mercedem pertineat, et
 ipsos servos Dei in ipso monasterio consistentes mel-
 lius delectet pro stabilitate regni nostri adtentius Do-
 mini misericordiam deprecari. Et ut hæc emunitas
 firmior habeatur, et per tempora conservetur, manus
 nostræ ac fidelium nostrorum tam episcoporum quam
 optimatum subscriptionibus subter eam decrevimus
 corroborari. Signum ^b Reoli episcopi, S. Leodegarii
 episcopi, S. Atelani [Chart. Derv., Atelani] episcopi,
 S. Vulfaudi majoris-domus, S. Amalrici. Data iv
 nonas Julii, an. iij regni ejus Childerici regis. Actum
 Compendio palatio.

X.

*Diploma quo Childericus homines de Moneseisshaim
 et Onenhaim donat Valedio, abbati monasterio Con-
 fientis (id est, monasterio Sancti Gregorii in Alsa-
 tia) c (ann. 673).*

C Childericus, rex Franchorum, vir iuluster, Cha-
 dieho duce, Rodeberto [Laguil., Bonifacio duce, Ro-
 diberto; *Script. hist. Fr., Chaduce, Rodeberto*], co-
 mite. Illud nobis ad stabilitate regni nostri procul
 dubio credimus pertinere, si petitionibus sacerdotum,
 in quo nostris fuerint auribus prolata, perducemus
 [*Script. Hist. Franc., prolatæ annuentes, eas perdu-
 camus*] ad effectum. Ideo cognoscat magnitudo seu
 utilitas vestra quia nos homines illos, qui conmanunt
 [Laguil., commanent] in Moneseisshaim [Laguil.,
 Menseishaim, *Script. Rer. Franc., Menseishaim*]

subscripsit. Post Nivardi mortem, successor ejus Reo-
 lus nomen addidit, confirmationis causa. Chartarii
 vero consarcinator, cum Reoli nomen subscriptum
 animadverteret, nomen Nivardi expungendum perpe-
 ram arbitratus est.

D ^e Chartam hanc primi vulgaverunt Delhomme,
Hist. Median. monast. pag. 13. Lunig, *Spicil. eccl.*
contin. 1, pag. 1096, et Laguille, *Hist. Alsat. instr.*
pag. 3, sed corrupte, etiamsi ex originali in archivo
 imperii servato de promptam asserant. Eandem dein-
 caps, ex Mabillonii schedis, typis mandaverunt Col-
 lectores scriptorum rerum Francic. t. IV, pag. 652.
 Nam novissime Schœpflinus, *Alsat. dipl. pag. 4,* ex
 abbatiæ Gregorianæ autographo recudi, imo auto-
 graphum ipsum characteribus æri accuratissime in-
 cisio repræsentari curavit, tanto majori studio, quod
 hoc instrumentum authenticum omnium quæ Alsa-
 tia possidet antiquissimum sit, ideoque, loc. cit. et
Alsat. illust. tom. 1, pag. 754 et 795, notis illustravit
 ad quas remandamus. Viri eruditissimi lectionem
 sequimur, lectionibus aliis alicujus momenti, quæ apud
 Laguille et Collectores scriptorum rerum Francica-
 rum reperitur, inter ucos notatis.

et Onenhaim [*Script. Hist. Franc.*, Onenhaim], quantumcunque ipsi ad parti [*Lag. partes*] fisco nostro retebant [*Lag.*, reddebant] tam freda quam reliquis functiones, Valedio abbate ad monasteriolo Consentis hoc plena et integra voluntate visi fuimus concessisse. Quapropter jubemus ut neque vos neque juniores sui successoresque vestris idem ex hoc contrarie non existetis, nisi, sicut diximus, quantumcunque memorati homines qui in ipsas de quas villas [*Lag. admārinem legendum suspicatur*, dictas villas] commanere videntur, totum et ad integrum ipsius Valedio abbate omnes functiones reddere debeant. Et ut hec preceptio plenior obtineat vicorem, manus nostras subscriptionibus [*Script. Hist. Franc.*, manus nostræ subscriptionibus] subter decrevimus roborare. Childericus rex recognovit. Datum (*deest hæc vox apud Lag. et Script. Hist. Franc.*) sub die quarto quod fecit mensis Marcius, anno 13 regni nostri *.

XI.

Childerici diploma de libertate et immunitate ecclesie Spirensis ^b (Circa ann. 663).

Childericus, rex Francorum, viris illustribus, ducibus seu et comitibus. In hoc regni nostri terrena spatia sub tranquillitate manere censemus, et ad eternam misericordiam nobis pertinere confidemus,

* Mensis Martius anni 13 regni Childerici II apud Austrasios anno Christi 673 tribui commode potest.

^b Hoc diploma, prioribus editoribus incognitum, eisdem curavi ex t. VII, pag. 181, Commentariorum Academiæ Theodoro Palatinæ. Jam diu illud publici juris fererat, anno 1778, Lamey in *Geschichte des Rheinischen Franzien*, pag. 401, ex arce ivo archiepiscopus Spirensis. Consulendum est opus jam laudatum Caroli Dumgé. In apographo non exstant dies et annus; ex mera conjectura viri

A si opportunitatibus ecclesiarum aut sacerdotum perducemus ad effectum. Atque ideo agnoscat magnitudo seu utilitas vestra, quoniam nos, ad suggestionem apostolicis viris, patribus nostris Chlodolfo, Chrothario archiepiscopis, vel viris illustribus Amelico, Bonefacio, ducibus seu [comitibus], et per consilium Emnehilde regine, convenit ut nos ad ecclesiam domne Marie vel domni Stephanii Nimetensis ecclesie, ubi apostolicus pater noster Dragobodus episcopus esse dinoscitur, vellemus concessisse ut nullus iudex publicus ex fisco nostro in curia ecclesie sue, ubicunque habere dinoscitur, freda nec d sthophia, nec herebanno recipere nec requirere non praesumat, sicut diximus ipsi homines, ecclesie sub omni emunitate debeant consistere vel residere;

B quapropter presentem jussimus emanare preceptionem, per quam specialius decernimus ac jubemus ut nullus iudex publicus de curia prefate ecclesie Nimetensis freda, nec sthophia, nec herebanno requirere nec exigere non presumat, sed quantumcunque ad partem fisci nostri reddere debeant, ipse pontifex suæque ecclesie ex nostra munificencia valeat habere concessum atque indultum. Et, ut hec preceptio plenior obtineatur vigore, manus nostre signaculis subter eam decrevimus roborare.

docti illud assignant anno 665.

* Verosimile est hunc Bonifacium eundem esse qui nominatur in diplomate Childerici II anni 661, quod reperies supra, col. 1289.

^d Commentaria habeat scophia; perperam, ut monet Car. Dumgé, inspecto apographo. Legendum est sthophia, qua voce intelligendum censeo quodlibet tributum. Cangius, ex veteri glossa, voce sthopharius designat eum qui censum regi solvit.

AD S. DAGOBERTI II DIPLOMATA PROLEGOMENA.

1. — *Diplomata sincera.*

Duo supersunt diplomata legitima a Dagoberto I. emissa.

1. Primum est pro monasterio Weissemburgensi, cui rex donat thermas trans Rhenum, in pago Ausetacensi. Nulli suspectum, sæpius editum, accuratius a Schœplino, in historia Zaringo-Badensi, t. V, pag. 1, ex chartulario ecclesie collegiatae Weissemburgensis, et iterum in Alsatia diplomatica, t. I, pag. 4, ex membrana veteri, sed quam agnoscit ab exscriptore emendatam, ita ut stylus Carolingicam ætatem redolere videatur; nec ideo inter spuria instrumenta diploma hoc relegandum censeo. Thermæ de quibus hic agitur thermæ sunt Helveticæ, vernaen'e Baden, quod idem sonat ac Latine balnea. Quod ibi legitur, has thermas ab imperatoribus Antonino et Adriano edificatas, interpolatum videtur. Authenticiam periisse monuit abbas Grandidier, in historia Alsatiæ, t. I, prob. pag. 14, not. Cum primum editum est hoc diploma, Dagoberto I vulgo fuit assignatum; repugnans nomen, quod ibi legitur, Radfredi, abbatibus Weissemburgensis, qui non nisi diu post Dagoberti I obitum, ut probat Coccius in Dagob., pag. 176, monasterio Weissemburgensi præfuit.

2. Altero diplomate, n. IV, a Martenio. Amplius collect. t. II, col. 15, et idem sincero, sed majoris momenti, Dagobertus II concessam monasteriis Sabulensi et Malmundariensi villam Germiniacum confirmat. Illud dicimus a Dagoberto emissum; Sigeberti enim se filium proficitur. Hinc, postquam iam lucem prolatum est, jam in dubio esse destitit revocatio filii Sigeberti ex Hibernia seu Scotia, et in regnum restitutum, quæ quidem ex aliis testimoniis, ut videre est apud Valesium, Henschen., Longuer. Annal. Franc. in t. III, Collect. script. rer. Fr. pag. 692 et seq. erui cœperat, præsertim ex Dagoberti diplomate pro monasterio Weissemburgensi, quod supra, num. 1, recensuimus, sed illud quidam Dagoberto I tribuendum censebant. Omni autem exceptione majus argumentum de hac restitutione præbet diploma de quo agimus, quod nomen præfert *Dagoberti filii Sigeberti, regis Francorum*. Datum fuit anno 4 regni ejus, ut testantur membranæ quas viderat Hensehenius.

§ II. — *Diplomata spuria.*

Spuria duo sub nomine Dagoberti edita sunt diplomata.

1. Primum, n. II, magnæ inter eruditos conten-